

Ann. VI.

Num. XXI.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;  
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem  
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



## Subnotatio fieri potest:

### IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

Apud "KRONIKA RODZINNA"

### IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

### IN CIVITATIBUS FOEDERATIS

AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

### IN GERMANIA

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

Apud FRIDERICUM PUSTET

### IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

VARSAVIAE POLONORUM

Rakowskie Przedmiescie, 15.

VARSAVIAE POLONORUM

Krakowskie Przedmiescie,

LONDON W.

28, Orchard Street.

NEW YORK

52, Barclay Street. 436, Main Street.

CINCINNATI

RATISBONAE in BAVARIA

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

## RERUM INDEX

PATERNAE AUCTORITATIS DIMINUTIO	Senior.
MORTUORUM CULTUS	H. D. V. Pieralice.
DE NOVA ARTIS FORMA QUAM A FLORIBUS SIVE A LIBERTATE APPELLANT.	I. Antonelli.
ITUS, REDITUS	F. Xav. Reuss.
DE PETRO VANNUCCIO QUI VULGO DICITUR <i>IL PERUGINO</i>	G. P.
DE MUSICO GENERE QUOD « ORATORIUM » NUNCUPATUR.	Hersilus.
RERUM HODIERNARUM FESTINATIO.	M. Lani.
SATURIO. Comoedia latinis versibus conscripta et in tres actus distributa	I. B. Francesia.
DIARIUM VATICANUM.	Actuarius.
SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIS. De recta pronunciatione latinae linguae dialogus	I. Lipsius.
ANNALES	Propoplicola.
LIBRORUM RECENSIO	F. X. R.
AENIGMATA	A. M. Astensis.

*In tertia operculi pagina:*

PER ORBEM	Viator.
LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.	

## ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCIII

## SOCIETAS LATIALIS EDITRIX

(ROMAE, Via Tomacelli, 15),

tria volumina vulgavit novissimae collectionis, quam inscripsit:

## EXCELLENTISSIMI POETAE IUVENIBUS EXPOSITI.

Quae quidem volumina — ILIAS — ODYSSEA — AENEIS veneunt singillatim lib. 2; (pro commentarii *Minerva* sociis, lib. 1,50).

Satis est probatum rationem optimam litterarum opus explanandi — sive poema sit, sive drama —, viam facillimam ut eius artificium plane intellegatur, in narratione positam; ab eo vero factam, qui plane, ex omnibus partibus universaque pulcritudine opus idem perceptum, totum referat. Ita narrator praeclarum opus exponens, una commentatur, illustrat; iuvenis autem qui legit — neque iuvenis solum! — operis formam omnino claram ac definitam sibi fingit, atque aptissimum apparatus ad archetypum deinde gustandum. Quamquam *quot* ii sunt qui primigenia possint delibera?... Non est igitur dubium quin iuvenes pariter et culti viri ex his narrationibus oblectamentum simul atque utilitatem percepturi sint, prout apud Anglos factum iam vidimus de narrationibus ex Shakespeare, quas Carolus Lamb concinnavit. Adde volumina nostra omnia — partem propriam « Bibliothecae Commentarii *Minerva* » constituentia — pluribus, iisque pulcherrimis figuris esse ditata; quin imo *Aeneidem* celeberrimis Pinelli artificis immaginibus exornari.

Eadem Societas Latialis Editrix nuperrime veno posuit

## CHARTULAS DIRIBITORIAS VERGILIANAS

ad amussim reddentes tabulas quas Pinellius, ineunte saeculo XIX, ad *Aeneidem* illustrandam descripsit.

Chartulae hae, praeter quam quod artis specimen exquisitissimum constituant, mirabile eruditis viris, discipulis, praeceptoribus offerunt subsidium, ut magni poematis praecipua in mentem revocent magisque adfigant.

*Series quinquaginta et unius chartularum, quas elegans theca apposite fabrefacta custodit, venit lib. 3; chartula quaeque lib. 0,10.*

Cuneta requirantur a

## SOCIETATE LATIALI EDITRICE

(Romae, Via Tomacelli, 15).

## SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

In Italia  
Lib. 15, M

PATERNAE

SUNT qui patet mur, diminu indole emerget et afflatu quodrum, quo societur ae perturbatio quaestio, quae est, utrum seil qui suapte pravitate nascatur, et crea humani, ad pessiuus boni inquiunt, — caeci cilles, tardi, immprobi, et perversus argumen tum facti validitate fit pessim potest, in animo animus integer e dominus, ad Defectus insuper potest, quia corpora quia spiritus non itaque aut ex in « quidditatem » i anima humana esentia » sua vel res humana non est, lieus habebitur spem esse debere, lubitum parere, v tens sua; ideoque non atrox suapte fit suo, arbitrio, connisa.

Atqui huie ver omnium gentium tium, et ubique de educanda semper gesserunt familiarium, neque populi publico futuros fore adoles eos a pueritium improbumque marunt; probe s derant:

*Naturam expellat  
Quod natura*

*Quod si con-  
enasei quosdam*

(1) Cfr. num. XIX

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

## PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

## BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE - Via Alessandrina, 87.PATERNAE AUCTORITATIS DIMINUTIO.<sup>(1)</sup>

SUNT qui paternae auctoritatis, de qua querimur, diminutionem a prava quadam filiorum indole emergere affirmant; alii autem ab halitu et afflato quadam civilium nostrorum temporum, quo societatis ultima funditus permiscentur ac perturbantur. Atque illa hic in primis quaestio, quae vel summos apud philosophos est, utrum scilicet homo esse possit nee ne, qui suapte pravus, atrox, impius ineluctabiliter nascatur, et crescat exitio sui, exitio generis humani, ad pessima quaque tantum pronus, et cuiusvis boni insolens. Quemadmodum enim, — inquiunt, — caeci, surdi, gibbosi, claudi a nativitate oriuntur, quemadmodum hebetes, imbecilles, tardi, immemores, fatui ab ortu, ita et improbi, et perversi esse animi possunt. Sed adversus argumentum possibilitatis, argumentum facti validius pugnat: « nemo enim reperire fit pessimus ». Defectus esse in corpore potest, in animo esse non potest. Omnis enim animus integer est, et liber, seque, sui arbiter dominusque, ad quae malit sponte convertens. Defectus insuper in corporis instrumento esse potest, quia corpus partes habet; in anima vero, quia spiritus non habet partes, esse non potest; itaque aut ex integro integra est iuxta suam « quidditatem » in genere et specie, et omnino anima humana est, aut si a quidditate, ab « essentia » sua vel recedat, vel excedat, iam anima humana non est, sed vel belluina, vel angelicus habebitur spiritus. Patet ex hoc rationalem esse debere, rationis montu trahi, cui iuxta lubitum parere, vel minus potest libertate abutens sua; ideoque non est prava, non iniqua, non atrox suapte, non impia, sed talis iudicio fit suo, arbitrio, voluntati contra ius fasque connisa.



Atqui huic veritati tuendae consensus quidam omnium gentium adest; nam et ubique gentium, et ubique locorum parentes, respublicae de educanda sobole legibus, impendio curam semper gesserunt, neque privato aerario patres familiarum, neque reges, neque senatus, neque populi publico pepercérunt. Quamobrem tales futuros fore adolescentes suos censuerunt, quales eos a pueritia educassent, et proinde primum improbumque neminem natura esse existimarentur; probe sciebant enim, litterisque tradiderant:

*Naturam expellas furca, tamen usque recurret;  
Quod natura dedit, tollere nemo potest.*

Quod si concedatur modo hic, modo illie nasci quosdam indole, ut ita dicam, perver-

(1) Cfr. num. XIX.

sos, improbos, pravos, quos nec monita, nec exempla, nec disciplina, nec punitio emenderint, exceptio et concessio haec regulam firmaret potius, non infirmaret; quemadmodum enim ex eo quod caeci, gibbosi, claudi, surdi nonnulli nascantur, non inde sequitur in civitate surdos, claudos, gibbosos, caecos esse omnes vitio naturae, gentis, civitatis, sic si qui ingenio suo inflexibili improbi videantur existere, non ex iis argumentum erui recte potest, quo de universis pessima asseramus; nam « nil deducitur de particularibus umquam ».

Ideoreo, et perpensis, quae sunt huiusmodi, recte et iure ponimus in improba nascentium adolescentium indole paternae auctoritatis diminutionem non posse reponi.



Tertia ergo tanti mali causa quaerenda est, uti fertur, ab halitu ut ita dicam, et afflato quadam corrupto et pestifero, quo nostra ista tempora infecta labuntur, et labuntur in peius. Saeculis nostris nec adulabor, nec blandiar; at neque insectabor, nec detrahram. Si vera essent singula quae veteres tradunt, iamdiu in pessimum lapsa omnia essent, et nunc versaremur inter pessima pessimorum. Hoc abest. Plura in melius immutata sunt, plura, — numquid negabo? — in peius corrueunt; ea tamen omnia lege corruunt, (optimae nobis artes exemplo sint), ut ubi inum contigerint, ab imo inde resurgent, et lente ascendant et laboriose ad bonum, pergentia in optimum; siqua tamen optima mortalibus esse possint. Ita ab exiguo ascenderunt litterae ad Ciceronis et Horatii dies, et pulcherrime floruerunt, nec minores iis pictoria virtus, et sculptoria, et quot proxima. Tempore occubere barbarico, rursum resurrecturae millennio exacto. Quid putas fuisse quum, sexcentesimo nobis proximo saeculo, quadam febre correptae, deliraverunt? Atqui iterum convalluerunt, etsi non omnino. Et meliora speramus. Sed quaedam sunt, quae in vita humani generis diuturniore utuntur periodo. Huiusmodi libertas fuit. Tyrannis istam corripuit, ungue ac dentibus laceravit, servitatem, captivitatem adduxit, eoque adduxit, ut nec res, nec vita miseris esset reliqua; coniuges, liberi, pudicitia in dominio praepotentium et opprimentium erant. Servus non erat homo, sed res; humanum paucis vivebat genus.

At ubi e Calvariae loco vox illa prodigialis intonuit, mutata omnia sua dirae leges senserunt, et fraternitatis humanae novum foedus emersit, quo caustum est ne quis servus esset, sed frater, et ubi esset spiritus Domini, ibi libertas. Iura belli teterima, elades amphiteatri

excedebant, servitus omnis et captivitas abibat. Quo res humana pervenisset, nisi barbarorum illuvies ferocia, atrocia, immania, turpia a Gothis ad Longobardos, a Longobardis ad Mahometanos, Normannos, Tartarosque reduxisset? Et stabant crudeles victorum leges, quas « feudales » appellabant, stabat oppressio pauperum, stabat ius herile in puellas nubendas. Haec ut abiicerentur opus indignantium saeculorum fuit. A libertate ad licentiam brevis gradus; et, quo nunc sumus tempore, inter libertatem et licentiam contentio est. Nisi prius sibi persuaserint populi libertatem ius esse cuivis, quo a nullo homine prohibeatur bona facturus, non esse ius autem ad mala facienda prout maluerit, et a libertate humana divinam auctoritatem in rerum ordine et natura positam non posse subverti, pax, credo, et tranquillitas non redibunt; sed aestuabunt gentes inter nomina factiosorum, velamen ambitionis, rapacie, turpititudinum, et malitia omnis generis habentium, ut ait Apostolus, libertatem. Haec autem cum modo sint, et varia percrebresentium sermonum voce ferantur, nil mirum si adolescentium animus, cereus in vitium fleeti, auctoritatis principium perosus, etiam in auctoritatis paternae sanctuarium putet impune irruere, et iure irruere, auspice nomine libertatis. Propterea quod, etsi prorsus hac de causa fluere totam non arbitrer paternae auctoritatis diminutionem, magnam tamen censeo pestis partem inde exoriri.



Itaque ad ultima veniam. Sinense imperium, cuius fundamentum praecipuum in sanctitate paterni iuris et auctoritatis est, tribus abhinc miliebus immensum durat. Hoc moneat quanti sit reipublicae restauratio paternae auctoritatis futura. At quomodo restaurabitur? At quando? Cito et facillime, si parentes voluerint; ut porro hi velint et faciant, reipublicae munus est; non enim qui gladium portat, sine causa portat. Venerabiles filii existant patres cultu virtutum omnium a Religione ad abstinentiam; praebeant sese exemplar omnium bonorum abstinentes a vitiis, ab ebrietate ad turpiloquia, a murmuratione ad maledicta; devinciant sibi filios sedulitate bonae educationis, exhibentes sese subditos Dei, legibus et disciplinis obtemperantes non propter iram, sed propter conscientiam. Mox generatio immutabitur, et paternae auctoritatis gloria et veneratio revirescet.

Futurum igitur in manibus parentum est. Fiet illis, prout elegerint.

SENIOR.

## MORTUORUM CULTUS.

**M**AIORES nostri cum recensendos in Deorum numero voluisser eos, qui ex hac vita migrassent, partem eorum, quotquot virtutibus emicueru sublimibus, superis adscripserunt, partem autem, siqui fuissent vel medioeribus et vulgaribus, ut ita dicam, decori meritis, siqui sine laude aliqua et bene patratis obiissent, siqui scelere turpes vivere desiissent nec aliquo facinore optimo labem praeteritam redemissent, ut ille malus, qui omnium pro salute civium supremum provocavit sibi fatum,

*praeteritosque dies laudanda morte redemit,*

inferis addicendos eredebant, Manesque numerabantur.

Inter Deos igitur utrosque iudicabant, Manesque passim, quadam latitudine legis verboque communi appellatos voluerunt, et ideo de omnibus vita functis praeclarilla XII Tabularum lex: « Deorum Manium iura sancta sunt! »

Hinc funeralicia iura, iura sepulchri, inviolabilia, sancta, et Furii devotus qui sepulchra violasset, pacem requiemque mortuorum turbasset, devotus et addictus suppliciis.

De primis, ea satis fore credo, quae a M. Tullio Cicerone in somnio Scipionis traduntur, quasi ab ipso Africano Maiore Minor Africano filio prolata (1): « Sed quo sis, Africane, alaerior ad tutandam rem publicam, sic habeto. Omnibus, qui patriam conservarint, adiuvant, auxerint, certum esse in caelo definitum locum, ubi beati aeo sempiterno fruantur. Nihil enim est illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia, coetusque hominum iure sociati, quae civitates appellantur; harum retores et conservatores, hinc – (de caelo) – profecti, hinc revertuntur.... Immo ii vivunt, qui ex corporum vineulis, tamquam e carcere, evolaverunt.... Nisi vero Deus is, cuius hoc templum est omne quod conspicis, istis te corporis custodi liberaverit, hinc tibi aditus patere non potest. Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quae Terra dicitur; hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quae sidera et stellas vocatis, quae globosae rotundae, divinis animatae mentibus, eiricos suos, orbesque conficiunt celeritate mirabili. Quare et tibi, Publi, et piis omnibus refinendus est animus in custodia corporis, nec iniussu eius, a quo ille vobis est datus, ex hominum vita mihi grandum est, ne munus humanum, assignatum a Deo, defugisse videamini. Sed sic, Seipio, ut avus hie tuus, ut ego, qui te genui, iustitiam cole et pietatem, quae, cum sit magna in parentibus et propinquis, in patria maxima est; ea vita via est in caelum et in hunc coetum eorum, qui iam vixerunt, et, corpore laxati, illum incolunt locum, quem vides..., quem vos, ut a Graiis accepistis, orbem lacteum nunenpatis ». Ne sim nimius, ista sufficiant, nec alia buiusmodi ab aliis exquiram, quum in Cicerone uno tanta sit scientia ut, si illum legeris, omnes penitus legeris priseae antiquitatis optimos philosophos et scriptores.

(1) *Somnium Scipionis*, § III.

Circa illos autem, qui medioeribus contenti meritis ita vixerunt, ut exiguum colentes virtutem nihil magni adstruxerint, quasi resides et palustres aves valle et stagno contenti, illa Vergiliana sit satis memorare carmina, quae in VI *Aeneidos* libro continentur. Hisce quidem Elysia sunt data piis, qui magno quamvis sine facinore, aut ita egregio, quo superis se miscere potuerint, humiliores tamen coluere virtutes, nec sibi nec aliis nocuerunt, diis, parentibus, maioribusque obsequentes vixerunt, et quantum ferebat humana fragilitas, graviori culpa caruerunt. Sed hasce regiones poeta ingens, theologus et historicus una, *locos* appellat

*Fortunatorum nemorum, sedesque beatas,*

ubi largior aether, purpureumque lumen, quibus sol proprius, et propria sidera. At ante Elysios variis exercebantur poenis, veterumque malorum supplicia expendebant, et sive sub gurgite vasto infectum elubebant seclusi, seu suspendebantur ad ventos, seu igne exurebantur; exinde, debitam adepti purgationem, per amplum mittebantur Elysium,

*Donec longa dies, perfecto temporis orbe,  
Concretam ablueret labem, purumque referret  
Aethereum sensum, atque aurai simplicis ignem.*

Absit a me superaddere, quae Maerobius ad rem adduceret in libro circa somnum Scipionis, itemque in *Saturnalium* libro, non uno, sive per Vergiliana recurrit vestigia, sive per philosophica sui temporis gradiatum. Satis aperta sunt, patentque vel eae cutientibus illa, quae retuli, et potius ad ea venio, quae iam ab exordio eluebationis huius, qualiscumque ista fuerit, spectabam.

Manium cultus, sive caelestibus additorum, sive per Elysiorum amoena ambulantum, sive aliquid admissum plus minusve leve expiantum, quo expiato, puris et undequaque fortunatis aggregarentur (1), in ipso iure naturali est; nam iure, minoribus nobis in terra degentibus, illud venerandum videtur, quod diis propriis est immortalibus. Cultus pariter, quamvis pietati proximus, etiam illis debetur disciplina illa maiorum nostrorum, scilicet Manibus eorum, qui vita excesserunt etsi gravioribus imbuti secleribus, poenis inenarrabilibus post obitum adstringendi. Pro vultu enim iecur immortale rostro tudentem, nihil aliud intelligi voluerunt quam tormenta conscientiae, obnixa flagitio, visera, ut ita dicam, animae interiora rimantis, et ipsa vitalia vitae indefessa admissi secleris admonitione laniantis, semperque euras, angores, moeres, si requiescere forte tentaverint, exitantis, tamquam fibris renascentibus inhaerendo, nec ulla sibi miseratione parentis, lege hac, qua, se iudice, nemo nocens absolvitur, nec de se potest suam vitare sententiam, ideoque vermis eius, ut ait Scriptura, non moritur. Sed pietas quaedam erga maiores natu, etsi reos emergit, sed commiseratio quaedam emicat in nobis ex atrocitate, qua cruentant dum agunt sine luce perpetuos dies, dum « in perpetuis tenebris noctes vigilantur amarae ». Quidni? Hermagoras ille Platonicus saecula infinita dinumerans, quibus nocentum animae, in easdem

(1) MACROB., *Somn. Scip.*, lib. I, c. X.

poenas saepe revolutae, sero de Tartareis emergere permittuntur, eas ad naturae suae principia, quod est caelum, tandem purgatione impetrata, remeare docebat; necesse enim est omnem animam ad originis suae sedem reverti. Hinc quae virtutibus deditae corpus tamquam peregrinae incolunt, eito post corpus velut ad patriam ab exilio revertuntur; quae vero corporum illecebris veluti suis sedibus inhaerent, quanto ab illis violentius separantur, tanto serius ad supra regredientur (1). Propterea solemnia pacandis, et luendis Manibus Februa constituta sunt, iuvatque Ovidii nostri subiucere, quae ad nostram rem leguntur in *Fastis* (2):

*Februa Romani dixere piamina Patres;*

*Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem....*

*Mensis ab his dictus; secta quia pelle Luperci*

*Omne solum lustrant, idque piamen habent:*

*Aut quia placatis sunt tempora pura sepulchris,*

*Tunc cum ferales praeteriere dies.*

*Omne nefas, omnemque mali purgamina causam*

*Credebat nostri tollere posse senes.*

*Graecia principium moris fuit, illa nocentes*

*Impia lustratos ponere facta putat....*

*Ah nimium faciles, qui tristis crimina caedis*

*Fluminea tolli posse putetis aqua!*

Quae cum ita fuissent, nam vel de pessimis maiores nostri non desperabant aliquando regressuris in caelum, a quo devios exsulesque diu se voluisserent, lege illa communiter cautum pro Superis et Inferis Manibus est: « Deorum Manium iura sancta sunt! »

Verumtamen Christianae religionis est semper et fuit, quae vera rectaque, confirmare; quae fluxa, revocare; quae errata, emendare; quae falsa vel improba, repellere. Quando igitur de vita functis actum est, ipsa, quae bona et recta erant, ultro probavit, atque hinc Sanctis omnibus collective, quotquot in gloria semperita sunt, diem constitut recordationis illustris, quem plerique populares Apenninicolae nostri vocant Kal. Novembribus *Omnia Sancta*, iudicio meo, excellenti theologia usi; mox, qui sequitur dies, mortuorum suffragiis, piaminibus, Februis sacer est; et formidabili eadem Religio anathemate a *defunctorum sepulchrī* profanum quemque arcit. De sempiternum damnatis nullam mentionem esse voluit, quia in inferno nulla est redemptio; commiserans tamen et pia, non maledicit.

H. DE VECCHI PIERALICE.

## DE NOVA ARTIS FORMA

QUAM A FLORIBUS SIVE A LIBERTATE APPELLANT.

**N**OVISSIMAM liberalium artium rationem iam ubique gentium, anglium artifices sequunt exemplum, a libertate appellant, atque a floribus definitur. Florum quidem nomen ex eo originem dicit, unde insolita haec effingendarum rerum audacia formam sumpsit; nomen autem libertatis quamdam solutiorem notam, ne dicam licentiam, denotat, qua novissimi artifices, graecorum latinorumque exemplorum ineuriosi, et omnium prodigiorum renovatarum artium liberalium negligentes, aliquid insolitum, inauditi

(1) MACROB., *Ibid.*, lib. II, c. XVII. — (2) Lib. II, 2.

tum, inco studio no

Huius chritudini salutatus passim p terrarum, convertisse nova et invissimi, pendive co

Res tam enim habentudinis ad domos, deo atria sive t mis et ads mae plane sitae praecip propriae, qu dieimus. Le constituta, a dextrorum, praeseferat, que. Hanc tudinem aedemantia, ipsa geminato vu apparent.

Cetera ve allata sunt a ribus, ut por floribus, ut o

Data sunt boum cornua, draconumque Sed, neglectis spectibus, ad deundum Ru tantum servant fabrili nova ex gendarumque sed etiam, qu ptoriaque arti pulchritudo. Iame liceat, suaptant ita loca, praesertim mu quid floridum

Et quoniam data opera for res maximis p XV, ante inno ritiam vixerunt Robbia fratres dum rati sunt iuvari.

At, pace tam idem ferme co abreptos sensi tatis perarduo, iudicabunt. Al nare, suppel nulla est a ntionis partium, nem scalpere v aut factum aliad spectus mont spicunt et aesi

Tartareis emer-  
rae suae prin-  
purgatione im-  
esse enim est  
sedem reverti.  
corpus tamquam  
corpus velut ad  
quae vero cor-  
libus inhaerent,  
parantur, tanto  
(1). Propterea  
manibus Februa  
nostri subiicere,  
in Fastis (2):

tres;  
na signa fidem....  
elle Luperci  
men habent;  
ra sepulchris,  
es.  
mina causam  
enes.  
a nocentes  
utat....  
nina caedis  
qua!

a vel de pessimis  
nt aliquando re-  
evios exsulesque  
immuniter cautum  
us est: « Deorum

eligionis est sem-  
aque, confirmare;  
errata, emendare;  
dellere. Quando igi-  
t, ipsa, quae bona  
t, atque hinc San-  
not in gloria sem-  
t recordationis il-  
res Apenninicola  
us Omnia Sancta,  
ogia usi; mox, qui  
agiis, piaminibus,  
ili eadem Religio  
ulchris profanum  
m damnatis nul-  
a in inferno nulla  
tamen et pia, non

CHI PIERALICE.

## FORMA A LIBERTATE

um rationem iam  
artifices sequuti  
ant, atque a florii  
nomen ex eo origi-  
ne effingendarum  
it; nomen autem  
notam, ne dicam  
mi artifices, grae-  
rum incuriosi, et  
arum artium libe-  
nsolutum, inaudi-

(2) Lib. II, 2.

tum, inconditum reperisse sese et attulisse, novo studio novisque operibus, putant.

Huius rationis Ruskinius ille, vir totius pulchritudinis subtilissima acie aestimator, consalutatus est auctor; qui profecto, cum neglecta passim pulchritudine humanorum operum, ad terrarum, agrorum silvarumque formas sese convertisset, mutuanda inde censuit speciminam nova et indicia, quibus insistentes artifices novissimi, suum aliquem modum pingendi scalpendive conderent.

Res tamen haud nova sub sole. Vulgatum enim habemus omnem formam primam pulchritudinis ad exornanda vel delineanda regum domos, deorumque aedes, vel mausolea, aut atria sive theatra, ex arborum aut florum formis et adspectibus esse desumpta. Quae formae plane super additae sunt et super appositae praecipuae legi cuiusvis pulchrae aedis propriae, quam nos a συμπτίζει, graeca voce dicimus. Lex est nimirum, ut, media certa linea constituta, aedificium omne omnisque aula sive dextrorum, sive sinistrorum eamdem formam praeseferat, veluti eodem stilo geminatam utrinque. Hanc primam vero legem circa pulchritudinem aedium non arborea natura, sed animantia, ipsaque humana facies suaserunt, quae geminato vultu utraque ex parte simili modo apparent.

Cetera vero a plantarum regno plerumque allata sunt ad ornatum, ut columnae ex arboribus, ut porticus ex silvis, ut meandri ex loti floribus, ut capita columnarum aut ex palmibus, aut ex acantho.

Data sunt alia animantia, ut aries, vel boum cornua, vel pavonum caudae, colubrum draconumque spirae, et delphinorum corpora.

Sed, neglectis aliquantulum animantium adspectibus, ad plantarum florumque formas redeundum Ruskinius censuit. Id autem non tantum servandum dixit ut aediliciae arti, sive fabrili nova exempla ornandarum aedium effingendarumque suppellectilium praesto essent, sed etiam, quod nimis fuit, ut pictoricae sculptoriaeque artibus nova quaedam praeluceret pulchritudo. Iam huius ad tramitem, quo maxime liceat, sua artifices specimina effingunt, et aptant ita locorum adspectus, ita hominum, ita praesertim mulierum personas reddunt, ut aliiquid floridum prae sese praef'erant.

Et quoniam huiusmodi conatus nonnullos, data opera forsan, aut sponte sua ducti, pictores maximi protulerant, qui saeculo XIV et XV, ante innovatam graecam latinamque peritiam vixerunt, ut Lippus et Botticellius et Robbia fratres, sic eorum vestigiis insistentium rati sunt, et eorum magisterio nostros iuvaviri.

At, pace tantorum virorum dicam, non in idem ferme consentient nepotum iudicia, quae abreptos sensim viros censemunt studio novitatis perarduo, et aberrantes ab aequo tramite iudicabunt. Aliud enim habetur aedem adornare, suppellectilem effingere, quo in opere nulla est a natura posita lex nisi geminationis partium, vel συμπτίζει; aliud hominem scalpere vel pingere, vel reddere gestum aut factum aliquod, prout historia narrat, vel adspectus montium aut maris, prout oculi conspicunt et aestimant.

Non enim flexam mulierem invenies ullibi, etsi agili corpore praeditam, quae liliaceae stellae possit aequari, non comas herbarum ad modum fluentes aut floridas, nec flexas quasi florentis luti brachia, non corporis habitum ad palmarum modum inclinatum, non vestes ad instar campanularum finitas.

Quare fit ut novissima haec tentamina viros praeseferant et mulieres praeter naturam creatos, et vix ab artifice, somnianti delirio productos. Res apta quidem ad exornandas tabulas, quae prodeant in foro ad rerum venalium indicium, non vero ad humanos casus et affectus et facinora scalpenda marmore. Factum est itaque nova hac arte, ut unum iuvamen potissime adlatum sit liberalibus operibus, aucta scilicet et perfecta earumdem tabularum forma, quae sive in parietibus, sive in diariis, merces, spectacula, medicinas enuncient earumque laudes canant.

Si autem sermo sit de aedilicia arte atque de fabrilibus quae eam adiuvant et complent, de textili dico et aurifica, et suppellectilibus omnibus exornandis intenta, fateor libens, maximum iuvamen hisce omnibus nova libertatis seu florida forma esse praestitum. Quinimmo hisce novissimis temporibus effectum videmus, ut, adiuvante vieissim industrii tot artificium manu et aemulationis stimulo, tenui pretio quidem sibi quisque comparare possit artis specimina, in suppellectilibus domesticis praecipue, quae numquam maiores nisi ditissimi habuissent. Hoe modo pulchritudinis adsiduo spectaculo paratum quoddam domesticum gaudium humilioribus quoque gentibus est, atque exemplar oblatum vel pueris, unde haurire primum queant certum pulchrarum rerum iudicium et gustare optimorum adspectuum voluptatem.

Quibus plane rationibus laudare iuvat et plaudere novis ausibus, et libertatis hunc sive florum novum stilum amico excipere vultu.

Qui tamen immutare pertant liberalium maximarum artium in humanis formis a natura ad amussim desumptis colores et adspectus, hand aliter aestimam di sunt, quam irritum quoddam conamen fluxissimi illius usus quotannis fere renovati, quem vix in vestibus et pileis varie aptandis virgines pariter matronaeque inepta cura sequuntur. Saero igitur in artis templo inconditae florealium audaciea haud magis diurnam vitam, quam annua illa vestium ratio obtineat, faciles vates prae-nunciamus.

I. ANTONELLI.

## ITUS, REDITUS <sup>(1)</sup>

Incedunt hilari fronte, celerrimo  
Gressu, par iuvenum, quos data dextera  
Haud pridem, geminusque  
Sponsos fecerat annulus.

Advenere procul, nec facili via:  
Nati rure, casae taedia rusticæ  
Mox sensere; petuntque  
Urbis moenia principis.

(1) Imitatio carminis germanici *Hin und zurück* clar. F.W. Weber, in quo ipse carmen anglicum *The lights of London* imitatus fuerat.

Nox incubit, hiems saicit; at impiger  
Elanguere gradus nescit euntium,  
Queis funeralia tandem  
Rident clara Lutetiae.

Hic (ceu fama refert) civibus obviam  
It Fortuna, suis visa clientibus  
Auri, sole vel uno,  
Ferre ingentia pondera.

— « Cur, quae sors alii prospera contigit,  
Non — aiunt — etiam nos eadem iuvet?  
Nos Fortuna iucabit  
Audaces: Cumulabimus

Auri vim rutilam, vincere lampades  
Doctam multifidas, urbs quibus afflit,  
Per quas, nocte sub ipsa,  
Fulget plena meridies. »

Lente praeterit triste triennium,  
Nec Fortuna semel laeta fit obvia  
Inquietibus. Immo  
Visit tecta Penuria;

Visit cruda Fames. Morsque, tenerrimam  
Quae bis progeniem matris ab arido  
(Flentis quippe miserta  
Infantis) rapit ubere.

Luctantur miseri, queis via quaelibet.  
Et quaecumque patent (vix numerabiles)  
Omni ex parte tabernae  
Lustrantur: tamen aurea

Heu! Fortuna latet. Venit interim,  
Allatura cibum, parca cubiculi  
Atque annosa supellec,  
Mensis praeda brevissimi.

Re iam speque carens, immedicabili  
Dum languore perit, migrat inhospita  
Par ex urbe, iugali  
Distracto prius annulo.

Moerentes repetunt quod, male providi  
Ingratique, solum dulce reliquerant,  
In quo, libera curis,  
Est exacta puertia.

Victum cum paleis, queis super accubent,  
Exorata dabit gratia civium;  
Quae si desit, omissa  
Coena, sub Iove dormient.

Illis o utinam, rus redeuntibus,  
Arrideret adhuc prisca domuncula!  
Aut, quem demetit emptor,  
Priscus, pinguis agellulus!

Urbis luctiferae quam fugientibus,  
Sub noctem, facies splenduit ultimum,  
Vir, funeralia cernens  
Iam longinqua Lutetiae:

— « O vos — ingemuit — tam mihi noxae,  
Luces multifidae, vestra quot avios  
Eheu! papiliones  
Vis absorbuit ignea!

Ah! serae lacrimae si coalescerent,  
Vestris elicite, Lumina, victimis,  
Exortum mare finem  
Diris poneret ignibus. »

FRANCISCUS XAV. REUSS.

**DE PETRO VANNUCCIO**  
QUI VULGO DICITUR IL PERUGINO (1).

ITALUS natione quidem, civitate Umber, patria vero ortus municipio oppidi, quod italice *Città della Pieve*, id est « Plebana-civitas » appellatur, hic Petrus fuit, qui natus anno millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto traditur. Sed is talis est, quales optimi viri, summi habentur, qui, praecelare gestis, amplissimorumque fama meritorum, non genti, non civitati, non patriae, non sibi, sed universi humani generis ad honorem decusque nati videntur, aeternitate ingenuarum artium et immortalitate nominis celebrati. Quorum vita non excidiis, non incendiis, non subversione publicarum privatarumque rerum fertur insignis, sed totidem processit aucta prodigiis, quod opera suae patrarunt artis, quod aereae indolis monumenta reliquerunt. Nocentes nemini, invantes pluribus pertransierunt, atque utinam (triste melioribus fatum!) dies terrasque, in quibus ver-




Petri Vannucci imago, quam ipse pinxit.

sati sunt, sudore et lacrimis non plerumque rorassent!

Sed aut numquam et nusquam, aut saltem raro fuit optimum ingenium bona cum sorte compositum. Haec veluti rerum lex frequens omnes reurat historias, qua virtutem semper ab adversis circumdata, semper a malevolentia exagitatam aspicimus, et saepissime oppressam. Si igitur hoc stigmate virtus recte cognoscitur ac distinguitur, Petrus noster virtute potens habebitur, quem praesentem invidia pessima odere plures et calumniati sunt passim, ne sepulto quidem parcentes: quorum ab invidia et calumnis ille tamen se emersit gloriae adeptus fastigium, in quo et qui ante eum fuerant, uti Giottus, Angelicus Faesulanus, Nicolaus Alumnus, comiter excepserunt, et qui post eum fuerunt, quales Raphael Sanetius Urbinas, huius discipulus Iulius Romanus, et quotquot e Romana schola pectoria sunt, eum collocarunt.

Itaque aetatis anno suae undecimo, ducente Patre, Perusina moenia ingressus est, ut qui

(1) Figuras, quae scriptum hoc de Petro Vannuccio eiusque arte illustrant, debemus editrici officinae Desclée, Lefèvre et Soc., quibus publicas gratias habemus.



Petri Vannucci tabula Christum referens e Cruce depositum.

puer esset uberrimae spei iam iudicatus a Francisco de Castro Plebano (hoc tune oppido Plebano nomen), qui illis temporibus in patria pingebat, et proximis in oppidis de Musa eadem optime merebatur. Haec in nos sponte deveniunt; namque mirum est a natali oppido, duci et comite patre, videre migrantem puerum vix decimoprimo anno natum, et Perusiam demigrare, urbem amplissimam et celeberrimam, et ibi tot inter pericula, quae tenellae insidiantur aetati, relinquere impuberem, et in celebri illo Alumni athenaeo pectorio libentissime excipi, et ab hero et principe Nicolao paterno suscipi, ali, erudiri, ita denique haberi, foveri, coli, ut ipse Alumni rationis quasi haeres nuncupatus et suffectus et constitutus sit. Propterea quod in Petro Nicolaum quodammodo reviviscere cernimus, et vestigia, exempla huius ea ratione pingendi proiecta et produeta, prout decebat virum eximiae indolis, qui ubi aliquid sibi statuit imitandum, non servile conficit opus, sed perficit et protrahit in melius et altius, ut virtuti propriae simul oboediat, et non effrenis, non exlex certis pareat pectoris, et sequatur exempla.

Quoniam autem hoc loco sumus, opportunum duo aliiquid addere de more pectorum et ratione pingendi, quae a Byzantinis oborta inereverat, omnemque ferme occuparat Italianum. Byzantinus hic mos totus erat in quibusdam ritualibus figuris, ae typis, a quibus nemini fas esset discedere. Hinc quoties, ex. gr. Iesus reddendus esset coloribus, quoties Deipara, illa



Petri Vannucci tabula, qua Christum effinxit orantem in monte.

tantum facie, illo motu, incessu, actu, illis vestibus, illis coloribus, minime diversis, praebentur. Idem die si Apostolus, si vir, si Confessor, si Martyr, si Virgo: uniuersique aeternum sua species, sua actio, sua vestis, ita ut dicere posses immutabili ritu omnia eadem esse, *eadem* semper *sub formula*, ut aiunt, abiecto illo Horatiano monito:

*est quoque cunctarum noritas gratissima rerum,*

*itemque illud:*

*... rurata placent.*

At qui ille Byzantinus mos! Aridae facies et subfuscæ, exigua membra, angulosæ formæ, procerae, rigidæ: nulla in oculis expressio, nec studium ullum ea reddendi, quæ nostris pingit in vultibus varietas affectuum, qua labia, frons, oculi, vultus denique totus, sermo quidam tacitus mentis sunt.

Pectoria res ita se habebat cum Giottus emeruit, ante quem tamen aliquid Cimabue tenaverat. Andacius liberiusque iste conari, quam-



Deipara Virgo cum Sanctis Nicolao et Bernardino Luocensis, Hieronymo et Sebastiano. — (Petri Vannucci tabula in pinacotheca Perusina asservata.)

plura veris proxima fingere, a ritu illo fumoso et araneoso discedere, rationem indumentorum illam relinquere, novam inducere. Sed mox Giottio Beatus ille Angelicus Faesulanus fausto successerat alite, et pictura novis augebatur incrementis. Emicabat e vultibus animus, apparebant in ore animi motus, in miracula sua pars properabat. Verumtamen in tabulis Faesulanis exiles nimium etiam tum formæ, licet pulchritudine insignes, nimium tenues, altæ; potiusquam viva corpora, spiritus quidam induti vestimentis mortalibus videbantur. Progredi longius audebat Alumnus, et praecelara bonus ita patrabat, ut ipse quasi princeps et auctor Romanae scholæ nuncupari possit. prout fons princeps et auctor fluminis est. Sed a flumine tamen distaret, quia rivus deerat, quo fons flumini copularetur, quum repente Vannucius noster coruseat, qui non modo in rivi volumen aquarum auxit agmen, sed ita propria Minerva increvit, ut fluentum appareret ingens, et haberetur. Virgineus quidam pudor, vere-

cundia quaedam  
eies una fortioris  
nueci nostri tab  
addidit propria  
sequetus praeter  
non modo novum  
esset undeque  
piutoris totam ia  
quinimo totam pe  
litaret. Atqui ha  
ratio Vannuccia  
in qua Alumni  
praceptorum ser  
nec tamen vides,  
Raphaeli Urbini  
tem praesentis  
praevides, nond  
tamen agnoscis.  
Vannuccio primu  
si tamen Faesulanu  
tabulam Annunciat  
tionis excepseris, qu  
talis est ut « achen  
tipa » nuncupetur,  
Virgine Deipara pi  
genda, divina min  
facie, mortali maiu  
omnium saeculoru  
pictorumque conse  
su data laus est; cuiu  
ad exemplar figura  
referimus. Quant  
quidem suavitas!  
quantus oris decor e  
modestia simul! Ma  
ter est, sed Virgo  
Virgo est, sed Mater  
Matrem in Virgine  
noseis, at nihil femi  
neum in ea, praeter  
suavitatem indolis  
innocentiam aetatis  
et morum, et illu  
nescio quid, unde ca  
pote conversatur in  
caelo, pedibus pere  
grinatur in terris.

Haec usque ad qua  
dragesimum circuite  
aetatis annum sibi  
par edidit. Placuit  
inde addere pingenti  
architeconicae speci  
men artis, quod ta  
men sequenti Com  
mentarii nostri num  
ro clarius patebit.

G. P.

**DE MUSICA**

QUOD « ORATORI »  
Medio vertente s  
rium nova et immort  
Raimundi, Romani  
porum musicis maxi  
artis disciplina, qua

(1) Cfr. num. sup.

essu, actu, illis ve-  
re diversis, praebet  
us, si vir, si Con-  
mienique aeternum  
restis, ita ut dicere  
eadem esse, eadem  
abieco illo Hora-  
gratissima rerum.

os! Aridae facies  
angulosae formae,  
oculis expressio-  
endi, quae nostris  
pectuum, qua labia,  
tus, sermo quidam

t eum Giottus emi-  
uid Cimabue ten-  
iste conari, quam-



Nicolao et Ber-  
nonymo et Seba-  
nula in pinacoteca

ritu illo fumoso  
in indumentorum  
cere. Sed mox  
faesulanus fausto  
novis augebatur  
onus animus, ap-  
in miracula sua  
tabulis Faesu-  
ormae, licet pul-  
nues, altae; po-  
quidam induit  
ur. Progredi lon-  
eclara facinora  
asi princeps et  
ari possit, prouti  
s est. Sed a flu-  
us deerat, quo  
repente Vannuc-  
modo in rivi vo-  
sed ita propria  
pareret ingens,  
n pudor, vere-

## DE MUSICO GENERE

QUOD «ORATORIUM» NUNCUPATUR. (1)

Medio vertente saeculo decimonono, orato-  
rium nova et immortali luce respluit opera Petri  
Raimundi, Romani, qui omnibus suorum tem-  
porum musicis maxime antecelluit ea sonitum  
artis disciplina, quam italice *contrappunto* ap-

(1) Cfr. num. sup.

cundia quaedam adolescentiae, at vires et spe-  
cies una fortioris et pulchrioris aetatis Van-  
nuccii nostri tabulis insunt, quae omnia ille  
addidit propria condens ab indole, neminem  
sequutus praeter se ipsum. Quo factum est, ut  
non modo novum quid conderet, sed ferme hoc  
esset undeque perfectum, et nomen Perusini  
pietoris totam iam per Umbriam et Latium,  
quinimo totam per Italiam porrecta penna vol-  
litaret. Atqui haec diei potest prior pingendi  
ratio Vannucciana,

in qua Alumnum  
praeceptorem sentis  
nec tamen vides, et  
Raphaelm Urbina-  
tem praesentis et  
praevides, nondum  
tamen agnoscis. Et  
Vannuccio primum,  
si tamen Faesulanam  
tabulam Annuncia-  
tionis exceperis, quae  
talis est ut «achero-  
tipa» nuncupetur, de  
Virgine Deipara ping-  
enda, divina minus  
facie, mortali maius,  
omnium saeculorum  
pictorumque consen-  
su data laus est; cuius  
ad exemplar figuras  
referimus. Quanta  
quidem suavitas!,  
quantus oris decor et  
modestia simul! Ma-  
ter est, sed Virgo;  
Virgo est, sed Mater.  
Matrem in Virgine  
noseis, at nihil femi-  
neum in ea, praeter  
suavitatem indolis,  
innocentiam aetatis  
et morum, et illud  
nescio quid, unde cap-  
ite conversatur in  
caelo, pedibus pere-  
grinatur in terris.

Haec usque ad quadra-  
gesimum circiter  
aetatis annum sibi  
par edidit. Placuit  
inde addere pingenti  
architectonicae speci-  
men artis, quod tam-  
en sequenti Com-  
mentarii nostri nume-  
ro clarius patebit.

G. P.

pellamus. Noster enim, cuius incredibilis et  
animi et corporis vis in rebus adversis asperis-  
que mirum in modum patuit, innumera scri-  
psit opera eum profana, tum saera. Ex his ee-  
leberrimum habetur oratorium *Iosephus* tali  
arte confectum, ut unum sit idemque trinum;  
id est in tria inter se distincta oratoria dividi  
possit, quae inscribantur: *Patiphar*; *Pharaon*;  
*Jacob*, quaeque seorsim diverso, aut simul eo-  
dem loco ac tempore agenda praebantur, ne-

sultantium, verbis abunde esset persecundus,  
ut historicus Fetis enarrat; sed id unum satis  
sit referre: quum tres instrumentorum sapien-  
ter ordinatae collectiones, tres chori, triaque  
praecipuorum agmina cantorum (quadrinerti  
circiter musici in compositum) sonos ac voces  
harmonice mirificeque conflatas misuerunt,  
ita vehementes animi motus audientibus sunt  
excitati, ut ab exseqnendis oratoriis parumper  
desistere omnino opus fuerit.

Utinam vir audens  
idemque generosus,  
(Americanis praeser-  
tim loquor, divitiis  
maxime affluentibus)  
proprio aere hoc mu-  
sicæ artis prodigium  
renovandum eure!  
Quam bene de mu-  
sica, de Italia et de  
excellentissimo me-  
rebitur auctore iniu-  
ria oblitio! Quin imo  
hoe nobile facinus,  
cuius sumptus non  
excedit summam  
quinquaginta mil-  
lium libellarum, et  
lueri gratia susci-  
piendum arbitror, le-  
ctoribus magnopere  
commendo.

Tum in musicis bi-  
bliotheicis praecipua-  
rum Italiae urbium,  
tum in Romana aca-  
demia, cui nomen a  
S. Caecilia, Raimun-  
dianum asservatur  
oratorium, quod  
quum Riccardo Va-  
gnerio academiam  
invisenti oculis acci-  
piendum praebere-  
tur, haec verba praec-  
clarus musicus protu-  
lisce dicitur: «Quam  
parvi efficiemur tan-  
to opere perspicien-  
do!».

De Laurentio au-  
tem Perosio, cuius o-  
pera, ut supra dixi-  
mus, oratorium, quin-  
quaginta circiter an-  
nis neglectum, ad no-  
vam vitam excitatum  
vidimus, in nostro

commentario, ubi primum occasio fuerit oblata.  
disseremus.

HERSILUS.

RERUM HODIERNARUM FESTINATIO.

**Q**UANTUM ad res absolvendas priscis celeri-  
tate praestemus credo incundum fore si  
cognoverimus; tamdiu enim vivimus quamdiu  
operamur; itaque si quis plura patraverit, ille  
diuturniori vita fruetur. Nam si aetatem no-



Ioannes Baptista praedicans cum quibusdam Sanctis.

(Petri Vannuccii tabula Perusiae asservata).

que tamen a sese ne minime quidem dissideant.  
Quot quantisque difficultatibus ad hoc perar-  
duum opus conficiendum auctor, maxima mentis  
acie ornatus, se expediverit, pauci, qui mu-  
sicorum doctrinam penitus perspiciant, plane  
perfecteque intelligere valent. Id musicæ sa-  
crae inauditum portentum Urbis incolae pri-  
mum auribus accepérunt anno millesimo octin-  
gentesimo quinquagesimo secundo in theatro,  
eui italice nomen *Argentina*.

Heic, nisi spatii angeremur angustiis, incre-  
dibilis spectatorum plausus, insolito gaudio ex-

stram priscis Patriarchis illis comparaverimus, quorum vita tot annorum saeculis perficiebatur, quot nunc decadibus nostra, certe minimum vivimus; si vero, quae saeculo quoquo inveniantur, praebantur, in melius de priscis vel producentur, vel ansu novo omnino creentur, in eam hanc veniemus sententiam nunc, prout habetur, unius vitam hominis iure pluribus veterum posse comparari. Quid si Samnitium bellum, si Punicum, quae modo septuaginta, modo quinquaginta per annos producta sunt in mentem revocaverimus? Nunc formidolosissima bella, gigantibus digna praelia, vix tribus mensibus absolvuntur; et rursus arma, certe meliori alite quam antea, quiescunt.

Idque cogitanti mihi etiam utilius appetat; data enim proportione pugnantium, quae olim pugnae miscebantur, ubi consertae fuissent manus, attingebant horrenda exterminia; quis enim Cannense duellum, quis Trasimenum et Trebiam, quis cetera Hannibalis, quis Marii Cimbrii, quis Helveticum Caesaris, quis et sexenta, quae et antea et quae postea instaurata fuerunt? Nunc vix in tota summa belli habentur anissi quot vel uno in praelio tunc desiderabantur a sociis milites inter superstites.

7]

## SATURIO.

Comoedia latinis versibus conscripta  
et in tres actus distributa.

GER. Hunc puerum mitte...  
DIN. Vin' hospes?  
SAT. Non deceat.  
DIN. Eecur?  
SAT. Mille de causis, quas non licet eloqui.  
GER. Ne verba vendas mihi pro mercedula.  
SAT. Non aedopol genus est hominum nunc foedi.  
Nec minus cum iure quam geruli hodie.  
GER. Non aedopol nunc istis me verbis territas.  
Merce ne dabitur? (1)  
SAT. Dabitur: nunc abi.  
DIN. Rumores fugito... Consilium capiam.  
GER. (2) Abeam? Per omnes adiuro Deos, meum  
Ni nunc dabitur munus ad teruncium,  
Hinc ego denuo portabo vidulum,  
Teque in ius rapiam, bovino ut tibi tergora  
Secentur latera. Sic monebis graeculos  
Leges romanias didicisse ferulis.  
SAT. (Ehu! quae meo collo tempestas ingruit!  
Nunc pol plane peri: nam ne nummum quidem  
Meis in saccis reperire valeo.  
Dabit quis vestrum, spectatores, nummulum?  
Verum, quis huic vidulum commisit? forsitan  
Venis Theeuropides? Gerra!

GER. Quid mussitas?  
SAT. (Verberum caput!)  
GER. Dabis ne mercedulam?  
SAT. Ne elama, serius redi.  
GER. Non redeam!  
Heic manebo, clamitabo donicum  
Stipem tu mihi dederis pollicitam. (3)

## VIII.

CHREMES, SATURIO, GERULUS, DINACIUM et COQUUS.  
CHR. Meum qui vexat malis verbis hospitem?  
SAT. Oh! Chremes! tandem venis fortunato pede!  
CHR. Quis est hic homo, qui tantas turbas facit?

(1) Eum manu prendit, ac retinet.  
(2) Logiens animo anxi et irrequietis oculis.  
(3) Sublato in altum minaziter brachio, Saturionem pul-  
sare minitatur.

Age. Tondentur oves, et, facilius ut aestum caniculae graviter tolerant, velleribus exunnunt nimium productis. Carminator haec arte sua parat, ut molliora nentibus fiant. Inter haec aetas absolvitur, et autumnalibus et hibernis noctibus turmae mulierum colu, fuso, manibus, labris, in pensa ineumbentes assidue, fila deducunt. Post haec taedia: disponentur fila, ordinentur matres telas multo dierum impendio, denique vere atque aestate redenitibus andis perstrepare infima domuum ietibus pectinum et stridore texentum. Proximo autumno confeetae telae dabuntur malleis et aquis verberandae, ut solidiores consistant haereantque tenacius, ad areendum rigentem a membris aerem et imbre, fila inter se. Numquid finis? Nondum. Nam rursus expolianda carminatori magis delicato credentur, ut lana omnis in eundem conveniat morem, ut luceat, ut mollis sit. Tunc perfecta tela forfice et acubus aptanda membris induendis tradetur. Haec omnia, ut videmus, et plurimorum operariorum opus, et plurimos, non dicam dies, sed menses absument. Nunc nihil de iis; lana creditur machinae; huie et lavare, et carminare, et in fila deducere, et ordiri, et texere, et consolidare,

GER. Tuus mihi hospes mercedem derogat  
Meis quam miser humeris promerui.  
Ni solvat...  
SAT. Solvam!  
CHR. Dedeceus non patiar  
Meis in aedibus! Quid debetur, gerule?  
SAT. Ipse solvam, sine, Chremes, dum taceat  
Molestus cerberus, qui nec dari voluit  
Modicum spatium... Namque marsupium  
Portare in sacculis magnum periculum.  
Hoc ego aiebam... Hic sed male verberans...  
GER. Nunc verba vendis, nuper quasi verbera.  
CHR. Habeto, gerule! Missa istae facias.  
Exi, Dinacium, due in adiutorium  
Hunc in culinam... (1)  
DIN. Hunc dixi, here, modo?  
CHR. Cur haec, Dinacium?  
DIN. Quia hie est omnium  
Qui sunt in foro coqui furacissimus.  
COQ. Mili haec dicis, mastigia? Minime si taces  
Hoc ego macherio tamquam murenulam  
Exorsuam, plectam, virgarum lasciviam!  
DIN. Ostia sed opus primum cuncta ocludere,  
Adnumerare cultros et tegamina,  
Quidpiam ne furcifer mihi surripiat.  
COQ. Si quid parum moror, faxo ut humi colligas  
Dentes: tibi, per Iovem, baculo hoc frangam  
[caput (2).  
DIN. Me forsan autumas esse iam vitulum?  
CHR. Tacet vos. Tu Dinacium mittere  
Ne rogo falcam in alienam messem velis.  
Missa istae facias quae non intersunt tua:  
Eum due intus, committe culinario.  
DIN. Eamus. Veni.  
COQ. Ero tibi pedissequens.  
DIN. I tu piae, te subsequar (3).  
CHR. Hospes carissime,  
Redi paulisper mecum in cubiculum,  
Donicum veniat tempus quo recipiam  
Meis in aedibus laeto convivio.  
SAT. (Nunc tempus est, Saturio, quo ventrem im-  
[pleas] (4).

## EXPLICIT ACTUS SECUNDUS.

(1) Coquum indicans.  
(2) Macherio servum adgredi stimulat.  
(3) Introreditur.  
(4) Dum pergit, demittitur siperium.

et expolire unum est sequenti serie fideli. Quod duodecimo mense absolvebatur vel aegre, vel numquam opere et labore intermissis, nunc vix hebdomada absolvitur. Tantum machina potest, quae non sexcentorum, sed vix trium aut decem invigilantum, ne quid gravius accidat, omnia absolvit ac perficit!

(Ad proximum numerum).

M. LANI.

## DIARIUM VATICANUM.

Mense Octobri an. MDCCCLII, die 1 SS. D. N. Pius PP. X  
eximi viri Francisci Ruspoli, principis Urbani,  
«S. Hospiti magistri», coadiutorem dicit Alexandru  
Ruspoli, Caeretis principem, cum successionis  
privilegio; et Paulum Ceccopieri comitem pontificiae  
vigilum cohortis ducent renunciat.

Eodem die coram se admittit excemos viros Ioan-  
nem Baptista Ricci, episc. Aesin; Henricum Gab-  
riels, episc. Obdenburgensis; Abbeloos antistitem,  
Protonotarium apostolicum, athenaei Lovaniensis  
rectorem; Iosephum Farrocchi, pro-vicarium Tu-  
scianen.; Iosephum De Bisogno, ex XII viris Urbi  
eurandae; P. David, Babylonensis Chaldaeorum  
Patriarchae procuratorem; Fabium Fani comitem,  
ex intimis cubiculariis ab ense et chlamyde; Ioan-

## ACTUS TERTIUS.

Scena eadem, quae in act. I.

## I.

SATURIO (1).

Non equidem parvum periculum dedit  
Negotium baiali, quo vix abfuit,  
Ob petulantiam viri, quin agnosceret.  
Quid mali? Volebat ipse mercedulam,  
Mihi cum semper nullus siet obulus.  
Quis sed commisit hunc mihi vidulum?  
Uf immortales! quod fulmen in meum caput  
Enim miser nunc advenisse dubito  
Veracem hospitem, ipsum vel Theeuropidem,  
Qui me detrudat male malis aedibus.  
Modo sed possim eibis nunc stomachum  
Meum placare, nimis ehu! famelicum,  
Dein si vapulem, vapulabo laetior.  
At non audire fas est passim per compita (2):  
Virite lurcones, comedones, virite,  
Ventres..... Cur laute vivere non possim  
Ego Saturio? At herilis filius venit.....  
Personam hospitis simulemus denuo.

## II.

CALLIDORUS et SATURIO.

CAL. (3) Adventus nobis hilaritatem tuus  
Dedit, Saturio, hospes dulcissime.  
Pater nam multis diebus nos siverat  
Magnis in angustiis. Opportunissime,  
Absque fiducia, de longinquu venis,  
Et omnes iubes nos gaudere, incolumem  
Uno patre. Tu nobis magna laetitia.  
SAT. (Ut docilis est boni parentis filius!)  
Si quid boni feci, aut consului fideliter,  
Non ullam meruisse videor laudem, puer,  
Culpa sed tantum carnisse existumo.  
(Mihi sed tantum profui consilio).  
CAL. Pater ne redibit?

SAT. Quid sciām, puer.  
CAL. Suum numquam fando Callidorum pater  
Meminit, hospes?

SAT. Quin imo saepissime.  
(At peream si sciām Callidorum dicier.  
Ehu! me quot tricis hodie hie implicat!)

(Ad proximum numerum).

I. B. FRANCESIA.

(1) Introgreditur laetus et sine ulla suspicione.  
(2) In modum cantantium hominum vino tumentium.  
(3) Laeto visu Saturioni fit obvius.

nem Baptista  
Italia praeposi-  
— die II, mane,  
tem, apostolica  
rinos pp. Arm-  
generalem Ord-  
maeum Dessou-  
terorum et S. Co-  
procuratorem g-  
rectione D. N.  
Congnis SS. Cr-  
latore generale  
puellarumque n-  
primum refecti-  
— die III, mane,  
Petrus Respighi  
viri Aloisius B-  
porum et Regula  
Vatic.; Candria  
Vespere, Urban  
Eduardus Colac-  
rumque familiae  
— die IV, mane,  
Seleucien., et A-  
tin et Priverne  
Iadien. capitolo  
bertus Benigni,  
della verità; et  
fungens apud di-  
spere, in peristy-  
habent ad Ponti

12] SELECTA EX  
DE RECTA PROMO

Ita enim lego e-  
pretes caligant. Qu-  
quido scio: vix op-  
diu post illa; quia  
reperio: SVB · AB  
Sallustium quendam  
Sallustius ludimagi-  
sono disserim du-  
Ad disserim autem  
Quod illud? Cede, I-  
venis, nihil homo e-  
obtinuit barbara ha-  
et refutavi. Tu Pri-  
quamvis figura et i-  
differentiam, tamen  
quam in metro co-  
tianum:

Refert nihil

Ad Q venio, qua-  
litteris, quam super-  
vices? Fuit olim; se-  
quererut (neque a-  
illum sonum. Sed d-  
Aliter enim paulo  
angis; sed hoc non  
calium a quibus ex-  
“Q quidam litteran-  
in equo et equitatu-  
tem ex C et V.,.  
duplice C, recto et  
obscuri versus illu-  
plicaret, imo qui le-

Praevaluit postque  
Atque alium pro  
(Lego “titulum,..)  
novum pro se titul  
Inspice enim ex du-  
aptissime compinge-  
pro se titulo... Hac  
Fabius duritie dam-  
inquiens, quae ad e-  
vocales est utilis; a-  
quum scribimus.

serie fidelis. Quod  
ur vel aegre, vel  
intermissis, nunc  
tantum machina  
e, sed vix trium  
quid gravius ac-  
cit!

M. LANI.

CANUM.

SS. D. N. Pius PP. X  
principis Urbani,  
trem dicit Alexan-  
dri comitem ponti-  
renuntia.  
exemis viros Ioan-  
sin; Henricum Ga-  
bbelos antistitem,  
menae Lovaniensis  
pro-vicarium Tu-  
m, ex XII viris Urbi-  
ensis Chaldaeorum  
ium Fani comitem,  
et chlamyde; Ioan-

nem Baptista Grosoli, Catholicorum coetus in Italia praepositum.  
— die II, mane, eximū virum Testi Rasponi antistitem, apostolicae legationis apud Gallos a secretis; r̄nos pp. Armengaudum Valenzuele, magistrum generalem Ordinis «Merceedariorum»; Bartholomaeum Dessous, procuratorem generalem presbyterorum a S. Corde Iesu; Ladislauum Marszałkiewicz, procuratorem generalem congregationis et resurrectione D. N. I. C.; et Germanum a S. Stanislawo, Congr̄is SS. Crucis et Passionis D. N. I. C. postulatorum generalem. — Vespe autem adolescentum puerorumque manum, qui eodem die sacra synaxis primum refecti sunt.  
— die III, mane, excipiuntur a Pontifice eius vir Petrus Respighi, cardinalis in Urbe vicarius; exēmi viri Aloisius Budini, alter a Secretis S. C. Episcoporum et Regularium; Venceslaus Giannuzzi, canticus Vatici.; Candrian, Savonensis sanctuarii rector. — Vespe, Urbani Comites Marius di Carpegna et Eduardus Colacicchi e nobilibus stipatoribus, eorumque familiae.  
— die IV, mane, exēmi viri Di Lorenzo, archiepiscopus Seleucien, et Ambrosi, episcopus Terracinen., Sestin et Privernen.; Borsatti antistes, metropolitano Iadien capitulo praepositus; clarissimi viri Humbertus Benigni, moderator Urbani diarii *La Voce della verità*; et Iosephus Angslini, eodem munere fungens apud diarium *L'Ossevatore Romano*. — Vespe, in peristylo, cui a «pinea» nomen, aditum habent ad Pontificem Urbani cives trans Tiberim

incolentes ad xv millia numero, quibus Pius PP. X planam religiosamque orationem habet, ex loco Evangelii hodierno die Missae attributo argumentum deducens.

Vulgatur prima SS. D. N. epistola encyclica: *E supremi apostolatus cathedra*.

— die V potestas convenienti Pontificem inter alios facta est Medolago-Albani comiti, et r̄no doctori Aloisio Daelli, canonico Bergomensi.

— die VI, post Purpuratos Patres Aloisium Macchi, «Brevium» a secretis et Iosephum Calasanctum Vives y Tuto, admittuntur exēmi viri Bonito, episcopus Cassanen.; Ludovicus Schuller, antistes Urbanus; clarissimus vir Schell, athenaei Würzburgensis doctor una cum r̄no viro Carolo Henemann ex urbe Meiningen.

R̄ni viri Andreas Scotton inter intimos Pontificis capellanos, et Gothardus Scotton inter intimos cubicularios adnumerantur.

— die VII, mane, audiuntur exēmi viri Thomas De Stephano, archiepiscopus Tranen. et Barolen.; Antonius Savelli-Spinola, S. C. de Propaganda Fide a secretis pro rebus orientalibus; Hugo Boneompagni-Ludovisi, canonicus Vaticani.; et cl. vir Iosephus Crostarosa, catholicorum coetuum praeses in Romana regione. — Vespe coram Pontifice admittuntur Urbanae Operariorum Sodalitatis e mutua caritate legati cum eorum praeside Iulio e marchionibus Sacchetti; et nobilis vir Carolus Querci-Nobili-Della Rovere.

— die VIII, mane, Pontificem invisunt eius vir Iu-

lius card. Boschi, archiepiscopus Ferrarens.; exēmi viri Nicolaus Piccirilli, archiepiscopus S. Severinae; Doebling, episcopus Sutrin. et Nepesin.; Iannuarius Cosenza, episcopus Casertan.; De Waal antistes Urbanus; Foerster doctor eiusque uxor. — Vespe, Basevi eques, publici Germanorum coetus legibus ferendis legatus; Descotes, eques torquatus eiusque familia.

— die IX Purpuratus Pater Andreas Steinhuber; exēmi viri Joannes Cagliero, episcopus Magydenensis; Eutius Parsi, episcopus Balneoregen.; Caetanus Müller, episcopus Gallipolitan.; Pottier canonicus; Iosephus Toniolo, athenaei Pisani doctor; et nobiles viri Franciscus Borghese, Polymartius dux, atque Hieronymus Fani comes.

— die X, mane, Purpuratus Pater Petrus Respighi, in Urbe vicarius; exēmi viri Antonius Delenda, archiepiscopus Athenarum, litteras ferens Graecorum regis; Cristophorus Maiello, episcopus Gravinen. et Montis Pelusii; r̄nus p. Amedeus Bolzettini, novus abbas generalis congregationis Sylvestrinae Benedictinorum. — Vespe, in lapidum museo, aditum obtinent ad Pontificem Hungarorum peregrini, numero centum et ultra.

— die XI, mane, r̄ni pp. Dionysius Schuler, Ordinis Fr. Min. S. Francisci administer generalis; Dominicus Diotallevi, vicarius generalis Ordinis «Poenitentiae»; Gabriel Marius, praefectus congregationis Fratrum Scholarum Christianarum, eorumque consiliarii; denique Sebastianus Wyart, Cistercensium Reformatorum abbas generalis. — Vespe

12]

## SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIS.

## DE RECTA PRONUNCIATIONE LATINA LINGUAE DIALOGUS.

Ita enim lego et clarifico versum, in quo interpres caligant. Quando nota haec littera haud liquidu scio; vix opinor ante bella Punica, sed nec diu post illa; quia in senatusconsulto de Tiburtinis reperio: SVB · AEDE · KASTORVS. Isidorus ad Sallustium quedam refert: «K litteram — inquit — Sallustius ludimaster postea Latinis adiecit, ut in sono disserimen duarum litterarum faceret, C et Q.. Ad disserimen autem duarum aliarum repertam vult. Quod illud? Cede, Isidore, si potes, et hilum si invenis, nihil homo ego. Sed credo, iam tunc tuo aeo obtinuit barbara haec in C pronunciatio, quam dixi et refutavi. Tu Priscianum mihi audi: «K et Q, quamvis figura et nomine videantur aliquam habere differentiam, tamen eamdem, tam in sono vocum, quam in metro continent potestatem .. Et Terentianum:

*Refert nihil K prior sit an Q, an C.*

Ad Q venio, quae ipsa revera non tam interest litteris, quam superest. Cur enim C non satis ad eius vices? Fuit olim; sed visum hanc addere, quoties V sequeretur (neque aliter) ad efficiendum pinguiorem illum sonum. Sed dicant, cur in G non idem factum? Aliter enim paullo et illa sonat in *anguis*, quam in *angis*; sed hoc non litterarum natura sit, verum vocalium a quibus exceptae, et quibus mistae. Capella: «Q quidam litteram non putabant; et vincerent, nisi in equo et equitatu appareret expresse. Constat autem ex C et V.. Ausonius eam componi vult ex duplice C, recto et inverso. Eam enim ego mentem obsecuri versus illius censeo, quem non vidi qui explicaret, imo qui legeret recte:

*Praevaluit postquam gammae vice functa prius C; Atque alium pro se titulo replicata dedit Q.*

(Lego «titulum „„») C, inquit, replicata et conversa novum pro se titulum sive indicem litterae dedit Q. Inspice enim ex duplice C, recto et inverso: illud Q aptissime compinges. Possis et legere: «Atque aliam pro se titulo „„ Haec est illa littera, quam magister Fabius duritiei damnat: «duras et illa sillabas facit „, inquiens, quae ad coniungendas demum subiectas sibi vocales est utilis; alias supervacua, ut *equos* ac *aequum* scribimus.

G quartam posui; quae ipsa vi et sono a C quantum abit? Ne miremur prisces diu hunc usitatos pro illa: *acna*, *lece*, *acro*, *Cabino* pro *agna*, *lege*, *agro*, *Gabino*. Victorinus notavit, et in tabulis iudicariis ego ipse legi, QUI · IOUDICARE · NECARINT, pro NEGARINT. Et grammatici testantur hoc vulgo. Festum emendare hac occasione censem: «Camelis virginibus supplicare nupturae solitae erant „, et seribi: «Camelis virgines supplicare...; nam intelligit Gamelios deos, prisca hac ratione per C seribendi, quos virgines et puros ad rem nuptiale ad vocare sane stultum. Terentianus Scaurus: «C cognationem cum G habet. Et ideo alii dicunt *gaunacem*, alii *caunacem*; item *camelum*, *gamelum*. Hanc scripturam retentam arbitror ad bella Punica, argumento nec infirmo, nec infido, quod in illa Duillii columna sola C nota. Ibi enim habetur *LECION*, *MACESTRATOS*, *PUCNANDO* pro *LEGION*, *MAGISTRATUS*, *PUGNANDO*; et non simplici archaismo EXFOCIUNT pro *EFFUGIUNT* sculptum. Atque hoc est quod Ausonius scripsit: «Gammae vice funeta prius C.. Nam Festus quod obniti videatur: «Quae nunc C appellatur, ab antiquis G vocabatur „, nihil est. Fallit scriptura et non ille; quam dirige: «Quae nunc G appellatur, ab antiquis C vocabatur „, sive etiam «notabatur „. Ipsem alibi: «Antiqui per C litterae formam nihilominus G usurpabant „. Viciniam vides. Nec nego tamen quin sonus G litterae paullo diffusior sit et mollior, quem refers appulsa ad palatum lingua, modicello intervallo, lenem spiritum emittens. Nos hodie quam peccamus? Italorum enim plerique ut Z expriment, (1) Galli et Belgae ut I consonante. Itaque illorum est *lezere*, *fuzere*; nostrum *lejere*, *fujere*. Omnia imperite, inepte. Germanos saltem audite, quorum sonus hic germanus *lejere*, *tegere*, ut in *lego*, *tego*. Nec umquam variant. At nos ante I, E, AE, Y semper, dicimusque *jemmag*, *Jaetulos*, *jinjivam*, *jyrum* pro *gemmag*, *Getulos*, *gingivam*, *gyrum*. Mutemur, aut vapulemus.

## XIV.

Bigam ecce levem interpono, in qua D, T iugale. Quod vicinæ inter se, quodque adsonent, cur te moneam? Ipse vides. Et passim etiam nunc in libris paullo antiquioribus set et sed, haut et hand alternant; inque lapidibus QUODANNIS, ADQUE; contra

(1) Dubitari nolumus quin Lipsii temporibus ita apud Italos fuerit; ceterum hodie litteram G gutturali prorsus sono pronunciamus — FORFEX.

ATFINIS, ATLECTUS, QUIT (pro QUID), ac talia. Effertur hodie utraque recte, nec praeitione mea ad sonum opus; excipio quod peccant in I, quoties ea vocalem I anteit, et haec aliam. Q. Papirius quispiam auctor et tutor huic culpae advocari potest; cuius haec legi verba: «Iustitia cum scribitur, tertia silaba sic sonat, quasi constet ac tribus litteris T, Z et I cum habeat duas T et I. Sed notandum, quia in his syllabis sonus iste litterae Z inveniri tantum potest, quae constant T et I, et eas sequitur vocalis quaelibet, ut *Tatius*, *ostia*, *iustitia* et talia. Excipiuntur quaedam nomina propria, quae peregrina sunt. Sed ab his syllabis excluditur sonus Z litterae, quas sequitur littera I, ut *otii*, *iustiti*. Item non sonat Z cum syllabam ti antecedit littera S, ut *iustius*, *castius*. O nugator! vere enim sic appello nebulam grammatici, non grammaticum, et quem mihi certum nec esse quidem a prisco aeo. Unicum hoc fragmentum hominis exstat, nec aliud; cui ipsi utilium lumbi et renes diu fracti!»

— «At enim, Murete, — inquam — etiam Ciceronis iocu in Actium quedam id stabilit; qui allusione nominis subiecit ζητει. Ergo ut Graecorum illud Ξ pronunciatum T».

— «In fronte — inquit — aliquid est; in se et inspezione nihil. Allusio fuit, sed in propinquuo sono, non eodem. Et age: si ea pronunciatio, cur nemo veterum de littera T tale aliquid prodidit? Aut quae causa cur sonum ante I magis, quam vocalem aliam, mutet? Non dixeris. Et sperno audacter hasce ineptias vel uno arguento, quod nulli consonantium (alterum quam in vocalibus) sonus duplex. Tu igitur, Lipsi, ne audi. Non item Isidorum, qui magnum scilicet arcanum huius litterae vulgarit: «in breviculis quibus nomina continebantur, T notam in capite versiculi positam, superstitem designare; Θ vero ad uniuscuiusque defuncti nomen solere apponit.. Ille mihi saepe sublesta fide; et certe hīc. Quae enim ratio cur T vivum notaverit? Aut quid alibi exemplum? Ego de V illud verum scio; et valde inclino, ut litteram eam potius hic sit reponendum. Nam ecce in sepulchralibus lapidibus, quoties pluribus monumentum aliquod extructum, adscalpi solet; qui ex iis super terram, qui sub terra; illis V praeponebatur, prima scilicet in «vivus», littera; istis Θ, quae in «thañatos», capitalis. Noto et vulgo adhuc non vulgatum, et firmo exemplis.

(Ad proximum numerum).

I. LIPSIUS.

SS. D. N., comitibus aulicis omnibus, eius fratre Angelo Sarto et leviro Parolin, in « lapidum museo » excipit Venetos octingentos, in Urbem profectos ut obsequii et gratulationis testimonium reddenter Patriarchae quondam suo, in supremum Petri solium nuper evecto.

Rūnus vir Iosephus Pescini, ex urbe Venetiarum, in capellanos Pontificis intimos et alter ab epistolis adiutor eligitur; in collegium cubiculariorum Aloisius Marini, sacerdos Bassanen, adscribitur; ex eius vir Michael Antonini, et S. C. rerum ecclesiasticearum extra ordinem, Protonotarius apostolicus ad instar partipantium renunciatur.

— die XII admissio ad Pontificem datur exēmo viro Iosepho Gandolfi, episcopo Mandelen.; rr. dd. Maximiliano Kugelmann, rectori generali Piae Societatis Missionum; Laurentio Jansens ex Ordine S. Benedicti, curiae Anselmiane in Urbe rectori; nobilibus viris Theodoro comiti Ravignani, Vicentino; Gabrio Frigo doctori, Vicentinae provinciae legato; Aloisio Do Conto e Castro Mērens de Tavera, equiti torquato; Aloisio Olivi, athenaei Mutinensis doctori.

Emus vir Marius Card. Mocenni inter Purpuratos Patres S. Congregationis de Propaganda Fide addictos deputatur.

— die XIII aditus est exēmis viris Petro Iorio, archiepiscopo Tarantino; Iosepho Ricciardi, episcopo Neritonem.; rūnis dñis Thomae Rodriguez. Priori generali Augustinianorum; P. Rodriguez de Prada eiusdem Ordinis, speculatoriae turris Vaticanae moderatori, cum suis accessis; Thomae Lanza, praeposito generali congregationis clericorum doctrinae christiana tradendae; Aemilio Perez, procuratori generali Augustinian. excalceatorum in Hispania.

— die XIV, mane, exēmis viris Benedicto Lorenzelli, apostolico legato apud Francogallos; Camillo Rosspigliosi, principi Urbano, cum uxore et filio Ioanne Baptista; denique aliquot alii nobilibus familiis. — Vespere autem pluribus Anglis peregre in Urbem profectis, atque ab exēmo viro Edmundo Stonor, archiepiscopo Trapezuntino coram productis; et globo civium ex Mexicana republica, atque Mexicanis adulescentibus Collegii Pii Latin Americani alumnis cum episcopo Meehoacan., et Mexicanae civitatis apud apostolicam sedem legato, splendida dona et obolus ad Pontificem afferentibus.

— die XV exēmis viris Henrico De Dominicis, episcopo Amalphitan.; Vescia, episcopo Policastren.; Valdarehi, vicario apostolico Urbinate.; rūno p. Pio Mayer. Priori generali Ordinis Carmelitarum vestitoris observantiae cum suis consiliariis; r. antistitiae virginis et S. Ursula cum sanctimonialibus quibusdam suis; denique reverendis Fratribus congregationis ad adulescentes christiana doctrina insituendos moderatoribus.

#### ACTUARIUS.

#### ANNALES.

Regalia itinera — Inter Russos et Iaponios discrimina — Macedonum res — Administrorum collegia in Anglia et in Servia restituta — Francogallici coetus sessiones resumptae.

**S**UPERIORUM dierum eventus praecipi Italianam maxime attingunt, tum ob iter Victorii regis ad Francogallos expletum, unde confirmatae amicitiae inter Latinas gentes pignus exstitit, tum ob dilatum a Nicolao, Russorum Caesare, adventum in Urbem.

Cuius quidem capti consilii, ut vera fateamur, haud apprime caussa patet. Si enim iis quae propalam vulgata sunt est praestanda fides, impedimentum ex socialistarum arrogantia est repetendum, qui nec convicis pepercunt nec rudibus minis, ut Augustum hospitem a proposito suo averterent. Sed tamen ignorabat ille, seditiosos hos homines perpancos esse in Italia, eosque a verbis ad facta numquam esse

reapser processuros et ad instar catulorum ringtonium in suum cubile demissa canda demum se abdituros? Ignorabatne Romanorum humanitatem et liberalem animum, qui si in ipsis tyrannos numquam reverentiam amisit, numquam in eum fuisset demissurus qui optime sciebat et patrem immensi populi sua curae commissi, et pacis auctorem inter omnes gentes, quantum potuit, semper exstisset? Non inficer alte in eius pectus descendere debuisse cunctationes quasdam et animi fluctuationes Itali gubernii, quasi incerti quid sibi esset agendum... Cum vero administris, prouti decebat, a munere sese abdicaverint, nullam nunc ipse moram interponat, tollatque dedeens quo Romanorum fama immerito est inquinata.

★

Properet igitur Russorum Caesar iter ad nos, hac etiam ratione, ut demonstret nubem novisimam brevi esse dissipatam, unde, candide fateor, non levem caussam dilatae ipsius visitationis video. Diserimen dieo inter Russos et Iaponios, qui feruntur arma et reliqua belliea instrumenta parare ad vim in Russos ferendam, si statuta hora, quae proxima fit, a Mandchouria non fuerintabitur. Quae quidem res licet ex recentibus nuntiis, in maius extollitur, inducium tamen est Iaponios haud aegre ferre regionem illam a Russis occupari. Quid inde si hi, quamvis iure, non relinquant? Sapientia ne civilis vinceat et quaestio amice componi poterit? Haec certe Nicolai mens; at est timendum ne rei publicae sua studio ita Iaponi incendantur, ut impossibile fiat ignem extinguere. Quod Deus avertat!

★

Nihil novi ex Macedonio vulcano, nisi excipias operam indesinenter productam Vindobona et Petropoli Bysantium, ut, in regionibus saltem ubi quies redditum est, nulla mora interposita, ad reformationes deveniatur. Quibus sollicitationibus, Itali et Angli quoque accessere; Angli, qui ab ipso antiquo praeside Balfour administratorum collegium renovatum habuere, in eius facie haud multum a praecedenti dissimile, dum Chamberlanus ille, qua est pertinacia, suam sententiam de re vectigali quotidie fusis orationibus tuerat.

★

In Servia pariter nova est constituta regni gubernatio, eique Gruie praepositus. Petrus rex de more orationem habuit, qua pauca dixit de statu rei publicae, insistens potius de bonis cum exteris populis rationibus atque de exercitus meritis. Proculdubio prudentiae civilis id fuit, ne verbum quidem facere de difficultatibus inter quas Servia agitatur: de redditibus publicis exhaustis, de oeconomica re depressa, de administratione incomposita, de exercitu in duas partes diviso; silentium vero rerum naturam nequit superare.

★

In Gallia publici coetus sessiones resumptae nova Combesii oratione — equid mirum? — de sodalium religiosorum exterminio prosequendo....

#### POPOPLICOLA.

#### LIBRORUM RECENSIO.

Leonis XIII P. M. Carmina, Inscriptiones, Numismata. — Coloniae, 1903, apud I. P. BACHEM. Hoc nitido volume, quod paulo ante mortem Leonis XIII in lucem prodit, carmina huius Pon-

tificis universa et singula comprehenduntur, ne exceptis quidem novissimis quae, nondum vulgata, augustus poeta ultro editori remisit. Ita factum est, ut *Nocturna ingemiscantis animae meditatio*, quod Carmen Vaticani oloris ultimus fuit cantus, in hoc primum libro innotuerit.

Editionem accuravit el. vir Iosephus Bach, litterarum doctor, rector Lycaeii episcopalis in urbe principe Alsatiae, Argentina. Neque ille nuda tantum Carmina et Inscriptio undique collegit; sed his et opportinas addidit annotationes, et praemisit, praeter concinos versus dedicatorios, longiore praefationem in qua multa disserit de indole Leonis poetica, de carminum materiis, de variis, quae adhibita sunt, metris, de stili puritate, robore, perspicuitate, elegantia. Adiecit tandem, quod nemo ante eum fecerat, imagines eorum numismatum, quae singulis annis, ut illustrare aliquod factum posteris proderet, Leo XIII addita inscriptione, excudi iussit. In singula vero numismata Brunellius, Perusino Seminario adlectus professor, italica composuit poemata (vulgo sonetti), quae latine reddidit Marotius. Ac latina haec carmina refert liber noster ex ordine, addita interpretatione germanica, quam Carolus Marbach, praesul Argentinensis, elegantissime concinnavit.

Cuique profecto latinarum Musarum cultori gratis sum hoc erit volumen. Minus tamen in eo placet, quod editor in annotationibus et praefatione lingua usus est germanica. Cur non potius latina, quam ille quidem optime callet, ut ex distichis patet, quibus lumen dicat Pontifici poetae?

Hoc si fecisset, ampliorem suo libro campum aperisset, universum nempe orbem; quum, in praesenti, vix ille fines excessurus sit populorum germanice loquentium.

F. X. R.

#### AENIGMATA

##### I.

Dum romana stetit virtus, vel matribus auctus  
Est honor et cultus nomine perpetuo.  
Signat vox eadem, flexu breviata, fluentum.  
Quo magis increset Sequana dives aquis.

##### II.

Dona mihi praebet; do iam tibi visere quereum  
Fatidium. En prostat; perlege, amabo, retro....

A. M. ASTENSIS.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

P. VERGILII GENINI  
MINUTIARUM  
LIBRI DUO.

Aenigmata an. VI, n. XVII proposita his respondent:

1) Calo-Calor; 2) Pica-Spica.

Ea rite soluta miserunt:  
Mich. Fusco, *Formicola*. — Iul. Lemette, *Liverpolia*. —  
Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Lad. Lud. Podobinski, *Cracovia*. —  
L. Le Provost, *Briocen*. — Cam. Strashill O. F. M., *Vitaco*. — I. Wilhelm. Battle. — Fr. Steiba, *Strigovia*. — Ant. Lassota, *Sutrio*. — A. M. Mattioli B.<sup>ta</sup>, *Asta Pompeia*. —  
Car. Stegmüller, *Sabaria*. — Ioan. Galbiati, *Carugo*. — Ioan. Sismondi, *Brusasco*. — Ed. Burg, *Argentorato*. — Am. Robert, *Mariaville*. — Raph. Astorri, *Firmio*. — V. Hertel, *Mendhusio*. — Dom. Farese, *Neapoli*. — Ios. Czudek S. I., *Bzozów*. — Ios. Wabner, *Versaria Potom*. — Ios. Walter, *Neo-Eboraco*. — Guil. Müller, *Monachio*. — Coll. Scholarum Piarum *Stellae*. — Ioan. Cantono Ceva marchio, *Vercellis*. — St. Figielksi, *Prasmyto*. — Mich. Vidal, *Palma in insula Maiorica*. — Petrus Tergestinus. — Alois. Cappelli, *Senis*. — Petr. Garrone, *Pezzano ad Vercellas*. — I. Pages, *Penang*.  
Sortitus est praemium.

JOANNES SISMONDI.

ad quem missum est PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

LOLIUS

SIVE

DE PROVECTA LATINITATE.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Facis* Phil. Cuggiani.

ehenduntur, ne ex-  
ondum vulgata, au-  
it. Ita factum est,  
ae meditatio, quod  
fuit cantus, in hoc

sephus Bach, litter-  
opalis in urbe prin-  
ille nuda tantum  
e collegit; sed his  
et, et praemisit, praes-  
s, longiorem praec-  
indole Leonis poe-  
ariis, quae adhibita  
bore, perspicuitate,  
nemo ante eum fe-  
tum, quae singulis  
posterioris proderet,  
eudi iussit. In sim-  
Perusino Seminario  
uit poematia (vulgo  
tius. Ac latina haec  
dine, addita inter-  
is Marbach, praesul  
imavit.

rum cultori gratis-  
tamen in eo placet,  
praefatione lingua  
is latina, quam ille  
iehis patet, quibus

libro campum ape-  
quum, in praesenti,  
pulorum germanice

F. X. R.

TA

matribus auctus  
perpetuo.  
riata, fluentum.  
a dives aquis.

visere quercum  
amabo, retro....

ASTENSIS.  
enigmatis inter-  
moderatorem  
unus, sortitus,  
ulus:

a his respondent:  
Spica.

Lutetiae Parisiorum, ubi tanta, dum seribo,  
discurrunt populi laetitia tantusque plausus ho-  
nos in Italos insonat, ferrearum venum pessi-  
mus ille occursum fuit, quo Idibus Augustis  
una in aliam vaporitrahæ, per foramina su-  
burbana decurrent, inciderunt. Inclusæ ar-  
serunt machinae, incensi currus, viatorum tur-  
bae fumo obvolutæ, oppressæ ruinis, adustæ  
igni, victimas dereliquerunt in fovea quatuor  
super octoginta, totidem forte viduatorum aut  
orphanorum luctus et gemitus!

¶

Paucis inde diebus Antillas insulas horrida  
tempestas vastat, iamdi vulcani rabie et ter-  
raemotus probatas. Impetu procellæ pessum-  
dantur sata, demerguntur littora, corrunt ur-  
bes, atraque nox diei regna corusea occupat.  
Neapolitani autem cives, ad nostras oras, im-  
minere interea hand absimile sibi exitium me-

opus, cui titulus:

TE.  
iurisperitus.  
Cuggiani.

## LE LAUDI LATINE IL CANTICO DEL SOLE DI S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello, praeter venustum praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro  
rei longe peritissimo, scriptam, continentur *laudes latine* cum inter-  
pretatione italica, *Canticum Solis*, et illa *Speculi perfectionis* capita, quae  
*Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum hunc Iulius Sal-  
vadori, litteris tradendis in Romano Athenæo doctor egregius, maxima  
editit cura, ac Romæ apud commentarii *Vox Urbis Administratorem* venit  
L. 0.50, in pauperum levamen.

## IUVENIS QUIDAM ITALUS MEDICINÆ DOCTOR

artem suam profiteri cupit apud exterias gentes.  
Si quis itaque officium aliquid ei offerendum habeat  
certiore de re faciat

Commentarii *Vox Urbis* administratorem,  
qui negotium aget.

### PER ORBEM.

OESTUPEFACTOS saltem, - credere enim do-  
lentes non audeo, - lectores puto et so-  
cios, quod iamdi silere me de itineribus meis  
viderint; at certe iudico valde simul solatos,  
quia totidem fortunæ iniurias, totidemque  
pessima fata spectare, silentum meum abstu-  
lerit. Equid vero? Num vobis tantum, o hu-  
manissimi, miserationis esse sensum, vel tae-  
dii, vel laboris arbitremini? Nonne et mihi  
misello, tot inter nefasta annum integrum pe-  
ragranti, quietis esse cupidinem creditis, at-  
que pacis solatique desiderium? Heic cansum  
silenti sevit fuisse; ius enim et mihi ali-  
quantulum requiescendi ab assidua peregrina-  
tione inter ruris otia, praesertim vero cani-  
culari tempore, quod defluit, unde non est,  
nisi ad polaria orbis limina, refugium et salus.

Et profecto; si persequutus assuta fuisset  
itinera, putatisne faustiora spectacula fuissent  
præmium diligentiae? Haud equidem suspicor.  
Satis enim sit calamo veloci recolere que  
attulit praeteritis diebus instabilis illa dea  
eaque nec omnia, sed vix maxima atque gra-  
vissima, ut iustum mihi veniam et excusatio-  
nem largiri non dubitetis.

¶

Lutetiae Parisiorum, ubi tanta, dum seribo,  
discurrunt populi laetitia tantusque plausus ho-  
nos in Italos insonat, ferrearum venum pessi-  
mus ille occursum fuit, quo Idibus Augustis  
una in aliam vaporitrahæ, per foramina su-  
burbana decurrent, inciderunt. Inclusæ ar-  
serunt machinae, incensi currus, viatorum tur-  
bae fumo obvolutæ, oppressæ ruinis, adustæ  
igni, victimas dereliquerunt in fovea quatuor  
super octoginta, totidem forte viduatorum aut  
orphanorum luctus et gemitus!

¶

Paucis inde diebus Antillas insulas horrida  
tempestas vastat, iamdi vulcani rabie et ter-  
raemotus probatas. Impetu procellæ pessum-  
dantur sata, demerguntur littora, corrunt ur-  
bes, atraque nox diei regna corusea occupat.  
Neapolitani autem cives, ad nostras oras, im-  
minere interea hand absimile sibi exitium me-

## FIGURÆ URBIS ROMÆ

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE  
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO

veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

## URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur  
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS administratorem.

SI QUIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

## TORQUATI TASSI HIEROSOLYMA LIBERATA

a IOSEPHO TORALDO e versibus Italicis in  
latinos conversa,

apud *Vocis Urbis* administratorem  
ven. lib. 6.

tuerunt, cum Vesevum illum gigantem die  
nocte flagrare vidissent mensibus integris,  
et candentes flammarum rivos eius ex ore  
discurrere ad subiectas valles, et somnos suos  
inquieto bombo assiduo tonitruum, terræ vi-  
scera agitantium, perturbatos senserint.

¶

Sed qui rivuli sunt, quae flumina, cum flu-  
minibus cendentibus comparanda per Caucasea  
Russiae ora discurrantia? Atqui petrolei arden-  
tis hanc atrocissimam furiam nulla naturæ ira,  
sed scelestæ tantum hominum voluntas incen-  
dit. Ex desertione opificum absque lege, absque  
fraeno, huiusmodi colludent fructus! Iamque  
ignis rabie non tam liquidi putre vorantur  
adhue, quibus forte dives dominus sibi divi-  
tias congerat, sed et humiles casae et oppida  
opificium delentur ipsa, qui, in foveam quam  
fecere incidentes, dum alienæ dant operam  
ruinae, suum sibi parant exitium, uxoribus et  
pueris tecta auferunt et panem.

Quae, simili facie, Budapestini in urbe exorta  
sunt haud saltem paravit homo. Ardet empo-  
rium nomine Goldsberger, vigilumque virtus  
eximia operatur facta, ut vivos incolas e flam-  
mis eripiat. Quid non audent audacissimi? Sea-  
leæ in aerem quasi suspensæ apparent, dum  
sanguineo adspicte fucantur domus adversæ  
et viae. Ita sospitant illi, mulieres puerosque  
recuperant. Sed miserorum nonnulli quoque  
sunt, qui sese in extensa ad salutem retia e  
fenestræ deficiente, nec firme consiliente,  
extra refugium procedunt in via lapides, fra-  
ctisque membris vitam amittunt.

¶

Beatum subinde ad oppidum et Itali nos  
infortunio funestati sumus atroci, cum curruum  
onerariorum series in vehes alias occurrerit,  
quaes milites nostros ab bellicas exercitationes  
properantes Venetorum per fines deducebant.  
Quanta juvenum fortissimorum elades!...

¶

Quaerenti tandem ridiculum aliiquid, quo eri-  
gam in fine recensionis huius tristissimæ le-  
gentium animos, in memoriam revocabo cruentam  
ullam contumeliam, quam Combescius « pre-

sbyterophobus » inter Massiliensem ovationes  
sustinuit. Cruentam profecto ex purpureo co-  
lore pomi, quod eius in faciem benignus quidam  
anarchista intulit. Cuius tamen exemplum  
ne imitemini, quaeso, humanissimi vos, ad eodem  
praemio illius negligientiam donandam, qui ad  
vos hodie rediit.

VIATOR.

### LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

Q. Valerii Catulli carmina selecta con note  
del Prof. G. B. Bonino. - Edid. I. B. Paravia  
et Soc. Augustae Taurin., Romæ, Mediolani,  
Florentiae, Neapol. - (Ven. lib. 1, 40).

Ad Pium PP. X carmina CARMELI PEZZULLO.  
- Aversae, ex officina Fabozzi, 1903.

A. WOLFE. Umbrae. — Neti, ex off. Fran-  
cesci Zammit, MCMIII.

A. MONTI e V. PETRONI. Grammatica lati-  
na con brevi notizie di analisi logica. -  
Parte prima (Ven. lib. 1) — Esercizi latini re-  
lativi alla grammatica latina con opportuni  
esercizi di grammatica italiana ad uso della  
prima classe ginnasiale (Ven. lib. 2). - Edid.  
I. B. Paravia et Soc., Augustae Taur., Romæ,  
Mediolani, Florentiae, Neapol., 1903.

F. M. Italus Gallorum gloriae cupidus Com-  
besi facinora insectatur. Carmen. -- Viterbiæ,  
ex off. Monarchi.

FERRARI CAN. FERDINANDO. Fioretti, ossia  
Duecento sentenze religiose-morali estratte  
dalle lezioni sui Maccabei del P. Antonio  
Cesari. Veronæ, ex off. G. Marchiori, 1903.

CESARE A. DE CARA S. I. Di alcuni criterii  
incerti nella paleontologia e storia antica. -  
Le scoperte di Creta e il criterio cronologico  
(Excerptum e comm. La Civiltà Cattolica ser.  
XVIII, vol. XI, fasc. 1277, 1279).

ARISTIDE SÉCHERESSE. Traité élémentaire  
de prononciation latine suivi d'un tableau  
montrant la concordance de quelques suffixes  
romans et d'exercices de lecture et de scan-  
sion. - Lutetiae Paris. ex off. Armand Colin.  
(Ven. lib. 2).

Almanacco illustrato delle famiglie cattoliche  
per l'anno di grazia 1904. - Romæ edid.  
Desclée, Lefebvre et Soc. (Ven. lib. 0, 50).

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS  
COMM. VOX URBIS IN AN. MDCCCCIII

Premium subnotationis est in Italia Libell. 10; ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor.  $7\frac{1}{2}$ ; Coron. 15 *recto tramite* mittendum ad

**ARISTIDEM LEONORI EQUITEM**  
COMMENTARII "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,  
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA.

Qui premium ut supra miserit infra lanuarium mensem anni MDCCCCIII, praeter Commentarii numeros omnes qui edentur ipso anno MDCCCCIII, accipiet *ad libitum*

- a) Librum (vulgo « album ») praecipua Urbis referentem, pulchritudine insignem, atque Commentarii moderatore iubente expresse adstructum; *sive*
- b) Urbis e laniculo monte prospectum (Tabulam aere cusam metr.  $1,10 \times 0,24$ ); *sive*
- c) Collectionem chartularum electissimarum, quae distinctae coloribus plurima de Roma, iuxta optimarum artium placita, referunt.

**QUI NOVOS DABIT SOCIOS**

elget insuper:

- a) Libros de disciplinis omnibus, de bonis litteris, de Ecclesiasticis rebus quolibet e bibliopolarum catalogo, usque ad dimidium subnotationis annuae suae, id est in Italia ad Libell. 5; extra Italiam ubique ad Libell. 7, 50; Marck 6; Sch. 6; Doll.  $1\frac{1}{2}$ ; Rubl. 3; Flor.  $3\frac{1}{2}$ ; Coron.  $7\frac{1}{2}$ . Ipse electos libros describat atque Commentarii administratori significet; gratis mittentur, excepto impendio diribitorio Reipublicae debito; *sive*
- b) E picturis Urbis grandes duas, photographice redditas, prouti voluerit ac significaverit; usque, ceu supra, ad dimidium annuae subnotationis;
- c) *Sin potius cupierit, dimidium subnotationis premium ei remittetur qua pecunia dimiserit.*

Hac ultima conditione (c) modus datur sociis, quo si binos dederint socios novos, ipsi *gratis* Commentario fruantur; sin, possint amico favere, Commentarium dimidiato pretio praebentes.

*Notatum vero plane volumus nos nova omnino sociorum nomina exspectare tradenda; non enim socios novos umquam existimabimus eos, qui nomen suum olim iam Commentario dederunt.*